



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Rvperti Abbatis Monasterii Tuitiensis, ordinis sancti  
Benedicti, Theologi antiqui ac plane clarissimi, in Cantica  
Canticorum de incarnatione Domini commentario[rum],  
libri VII**

**Rupertus <Tuitensis>**

**[Köln], 1527**

**VD16 B 3703**

Duo ubera tua sicut duo hinnuli capre[a]e gamelli. Collum tuu[m] sicut  
turris eburnea.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34445**

RVP. IN CANT. CAN. CA. VII.

Ergo tu o Sunamitis, o filia principis, corde & corpore es casta, mente & carne integra & incorrupta, cogitatione & opere munda. Ut autem perficiatur ista laus, dicendum, quia locutione quoq; utilis es atq; pudica. Hoc est, quod nunc dico ego dilectus tuus.

¶ Venter tuus sicut aceruuus tritici uallatus lilijs.

Ioan. 7.

Esa. 8.

Lucas. 10

¶ Venter tuus, uenter interioris hominis, iuxta quod quodam loco dixi, qui credit i me, sicut dicit scriptura: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, ipse est sicut aceruuus tritici, id est, nunquâ indiget pane uerbi dei, imo abundat omni tritico quodcumque seminauetunt alij. Illuc illatum est omne, quod prophetarum fides elaborauit, Exempli gratia, ut Esaias qui dixit: Et accessi ad prophetissam & concepit & peperit filium. Tu enim o dilecta, tu es illa prophetissa, ad quam accessit omnis sanctus et fidelis propheta, ad quam attendebat, & in qua completa est omnis sancta et fidelis prophetia. Hinc uenter tuus sicut aceruuus tritici, quod uidelicet triticum prudenter congregasti, meditando in scripturis, sicut dictum est quodam in loco: Maria autem conservabat omnia uerba haec, conferens in corde suo.

¶ Huiusmodi aceruuus bene est uallatus lilijs, q; profecto pulchritudo castitatis, sicut claritudine sensus ad intelligendum scripturas efficit, ita & autoritatem parat omni homini ut dignus sit fo- ris eloqui ea, quæ intus reposuit uel contulit, uerba dei, triticum domini.

¶ Duo ubera tua sicut duo hinnuli capre;

ganielli. Collum tuū sicut turris eburnea.

¶ Est ista laus liberæ, opposita est uituperatio  
ni ancillæ, imo & ancillarum, quæ ex una factæ  
sunt duæ. Fili hominis (ait dominus ad propheta-  
tam Ezechielē) duæ mulieres filiæ matris uni  
us fuerunt, & fornicatæ sunt in Aegypto, in a-  
dolescentia sua fornicatæ sunt ibi, ibi subacta  
sunt ubera earum, & fractæ sunt mammæ pu-  
bertatis earum. Quanta iniuria seruilitatis, in il-  
la tali subactione uberum, talicq; fractura mam-  
marum. Et quantum decus libertatis hic secun-  
dum similitudines istas, uidelicet hinnulorum  
gemellorum capreæ atq; turris eburneæ. Ergo  
tu o libera Sunamitis tu maxime cuius duo ube-  
ra sunt gemella, saeculis omnibus inaudita, vir-  
ginitas atque foecunditas tu, inquam, o dilecta  
singularis, libera es ab omni iugo peccati, secu-  
dum istas similitudines hinuulorum capreæ atq;  
eburneæ turris. ¶ Quid est collum tuum, uel q;le  
est collum tuum? Utq; nō extentum, imo ama-  
biliter demissum, & haec est humilitas tua, forti-  
tudo magna, fortitudo pulcherrima: uere sicut  
turris eburnea, quæ & aspectu amabilis, & sta-  
tura fit fortis. Cui fortis, cui amabilis? Deo for-  
tis, deo amabilis: diabolo autem terribilis, inac-  
cessibilis. Quomodo ipsi deo fortis? Nimirum si-  
cut ex ipsis comprobatur exemplis. Quia si con-  
tra deum fortis fuisti, ait ipse ad patrem tuum fi-  
delem Iacob, quanto magis contra homines præ-  
ualebis? Ad Moysem autem: Cerno, inquit, q; po-  
pulus iste duræ ceruicis sit, dimitte me, ut ira ca-  
tur furor meus cōtra eos, & deleam eos, faciāq;

Ezech. 23

Gene. 32.

Exod. 32.

**RVPE. IN CANT. CANT. CAP. VII.**  
te in gentem magnam. Et non dimisit eum, immo  
tam diu luctatus est, ut uidens deus quod eum  
superare non posset, diceret illi: dimisi iuxta uer-  
bum tuum. Quali fortitudine luctabatur iste  
uel ille! ¶ Profecto humilitate sicut & de isto  
Psalista dicit: Si non Moyses electus eius te-  
tisset in confractione, id est, in nimia menti hu-  
militate in conspectu eius: de illo autem propheta  
Osee, cum dixisset: In fortitudine sua directus  
cum angelo, & inualuit ad angelum, & confor-  
tatus est, confestim, fortitudinis eius exprimes-  
modum, subiunxit: Fleuit & rogauit eum. Igi-  
cur o dilecta collum tuū, quod est humilitas tua  
curris eburnea, id est, fortissima est atq; pulcher  
rima: quam respiciens altissimus dedit tibi ge-  
mellos istos dulces hinnulos, duo ubera hæc, ut  
ginitatem atq; fecunditatem, & ecce habes tria  
insignia hæc: tertium quippe humilitas tua est.  
¶ Oculi tui sicut piscinæ in Esebon, quæ  
sunt in porta filiæ multitudinis

¶ In quo oculi tui sicut piscinæ. Nimirum in eo  
quod non deficiunt eis aquæ & tu maxime pra-  
cunctis mortalibus, semper compuncta corde,  
dicere potes: Fuerunt mihi lachrymæ meæ pa-  
nes die ac nocte. Propterea dixi, sicut piscinæ  
non qualescunq;, sed piscinæ in Esebon, id est in  
maxima compunctione. Esebon quippe inter-  
preteratur, cingulum mororis, unde & congrue-  
nomen hoc magnitudinem significat compunc-  
tionis. Quæ sunt in porta filiæ multitudinis, id  
est: in prima portione terræ promissionis. Ese-  
bon quippe ciuitas fuit Seon regis Amoræ.

**Hæmitas**  
turris e-  
burnea.  
Psal. 105.  
Osee. 12

**Psal. 41.**

**Esebon.**

**Num. 32.**